

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

242. an. 1325. ob. 1343. 17. Cal. Junij, Sepultus Fri-
burgi. Anna horum Soror nupta an. 1318. Fri-
derico Comiti friburgensi, cui pro 800. maris ar-
genti in dotem assignatis Landgraviatus Brisgoia
oppignoratus: moritur illa a^{no} 1331. apud Do-
minicanos Friburgi sepelitur.

Cap. XXXII.

De Marchionibus Hochbergensibus, Ru-
dolphi I. Radeensis patruelibus, Rudolpho et
Hermano, deq. Rudolphi hujus filio Hen-
rico II. et nepotibus, Henrico III. Rudolpho II.
et Friderico.

Henrico, qui primus Marchionis Hochbergensis
et Landgravij Brisgoia titulum gessit, Dissorick-
ste, successit in Principatu filius major natus Rudol-
phus, hujus nominis inter Hochbergenses juxta au-
dem auctorem a^{no} 1221. de quo constare ait, quod
adhuc vixerit a^{no} 1229. imo 1248. quo eodē a^{no}
vixisse etiam dicit Hermanum Marchionem in
Hochberg fratrem Rudolphi, et vero, vel hic vel
alius Hermanus a^{no} 1297. adhuc superstes fuit,
quando cum fratre Rudolpho emit pagum Muller-
lingen in Brisgiaca 60. maris argenti, qua de re
extare dicuntur Emptionis Litterae.

Rudolpho Pistorius filium Henricum III. cujus 243.
fit mentio in litteris de año 1269. 1276. 1285.

Henrico II. genitos ait Henricum III. et Rudolphum II.
qui adhuc año 1296. vixisse comperiuntur: et
Fridericum. Claruit Henricus s. seu secundus seu
tertius, fortassis hactenus duo tantum fuisse: mili-
tari scientia et virtute bellia; Unde Rudolphus I.
Imp. ejus opera plurimum usus, totius illi curam
exercitus commisit, etiam in acerrima illa et decre-
toria pugna, qua Ottocarus occubuit, et bellum bo-
hemicum debellatum fuit. De stratagemate, quo
tunc ad incutiendum Bohemis terrorem usus est, tum
alii historici, tum Albertus Argentinensis in Chronico
ita scribit: Praordinaverat autem Henricus marchio
de Hochberg, quod quandocumque ipse tempore conflictus
acclamaret, ipsi fugiant, et ipsum etiam ceteri
acclamarent, quod et factum est, per quod territi
Bohemi. &c.

Extat Rudolphi Caesaris Diploma datum año 1279,
quo velat subditos Marchionis Hochbergensis ab ipso
recedentes suscipi et admitti in Tutelam ab ullo alio
Principe aut Comite.

Alio diplomate de año 1288. dicitur sic ei titulus
a Cesare Tribui, Margggraff zu Hochburg, vint
Landfarn in Laniburg. In reperitorio quodam
documentorum Marchia Hochbergensis hoc invenio

244. consignatum: Ein Brieflein, darinnen die Ulrich
von Eßlingen bekunnet, das er durch Marg-
graf Hanns, und Marggraf Friedrich Marg-
grafen zu Hohenburg und Landgrafen in Lothringen
zu Grauburg das zu Hünningen.

In Casareo item diplomate, quo inter Egonem II. Co-
mitem, et civitatem friburgensem pax quorundam
Principum interventu sanita stabilitur, haec verba
contineri dicuntur: Das solichs gschafften ritter
mit Gieß die fidele hant von der Grotz quad
Marggraf Hanns von Hohenburg, der Land-
grafe ist in Lothringen.

In Manuscripto quodam haec invenio: Es hat
die Marggraf Hanns von Hünningen die
von dem flüchtigen hant der ritter, mit dem von
Düßelburg geschicket, ist der ritter von dem
Königreich abgestanden, die in dem Landgrafen
Ordnung gegeben, und obzwar die von dem
Hünningen und Friedrich solichs Donation mit ge-
staten wollen, jedoch solichs mit gewalt
wird zu dem ritter geschicket, ist die von
wird und vor dem Landgrafen ist der ritter die
von dem Landgrafen gegeben worden, das die solichs Do-
nation ist die ritter mit bewilliget, und dem
Königreich Ordnung von dem flüchtigen ritter

non nobilitant, eius Inſp. Joſaunitan Miniſter in 245.

Frühſen Landau Inſp. Reſidentz iſt: / wies gabu
ſubſcrib, laut Inſp. Abſchreib, ſonſta außſucht:

In Nomine Domini Amen. Noverint univerſi pre-
ſentes &c. In ſuo: Actum et datum in Caſtro noſtro
Lufenberg a^{no} Dⁿⁱ 1297. Febr. 10.

Albertus Argentinenſis paulo ante citatus in
Chronico de nobilitate Baſileenſi in duas hoc tempore
factiones diviſa ſcribens meminit rurfus Marchionib
Hochbergenſium: Erat, inquit, in diebus illis partia-
citas inter nobiles Baſileenſes, Spiſſacos et Stelliferos
ſ; a vexillis, quibus in Torneamentis, et alibi ute-
bantur, ſic dictos: / erant omnes Comites et Nobiles
vicini de alterutra partium earundem. Omnes
enim de progenie novi Caſtri cum D^{no} Marchiones
de Hochberg, et Domini de Röttelen fuerunt Spiſſaci,
Comites vero de Habsburg et de Spirt, item Henri-
cus, filius Conradi, et frater Eginonis comitis de
Freiburg, cui ceſſit Neuenburg, et Badenweiler: /
ſuerant Stelliferi. Adverte, Rötelenſem Dynaſtiam
nondum tunc in Hochbergenſium Marchionum po-
teſtate fuiſſe, ſed floruiſſe adhuc antiquam de Röteln
familiam, ex qua Ludolfus an. 1277. Cathedralis
Eccleſia Baſil. Praepoſitus fuit, frater ſ; ni fallor, /
Waltheri Dⁿⁱ de Rötelen, qui anno 1210 rerum

246. illic potitus, forsan et Joannis, qui Ludis E-
questribus Ravensburgij eodem año interfuisse
legitur.

Expectabis hic forsitan, Lector! quid de Imperatri-
ce Anna Rudolphi I. conjugē dicturus sim, quam
fuisse Marchionis Hochbergensis filiam mago-
rum virorum persuasio est. Sissam tibi ex his
unum, et ipsum, quam ambigēcam rem fateatur, et
quo fundamento nixus in hanc sententiā incli-
net, audias: Theodericus Licznordius in vita Ru-
dolphi I. quam inscripsit Stomati Halsburgo Austriaco,
Anno, inquit, 1240. et 1245. uxorem duxit, quam
Guillimannus Gertrudem nominat, et filiam Ludo-
vici Froburg. Com. Rudolphi Papasili Zuffingensis,
Hermannus Com. de Hohenberg, et Hartmanni Fro-
burgi Comitis sororem constituit. Ceteri auctores
omnes Annam appellant, et alij filiam, alij Sororem
Alberti Comitis Hohenbergici fuisse volunt.

Trithemius filiam Burchardi Com. de Heicherloch
indigitabat: quod mirum certe! alij aliter de Ipsa
fortissimi Caesaris conjugē sentiunt; quid ergo mi-
rum, si nec in aliis ubiq; conveniunt? Ego in ma-
nibus habui Genealogiam manuscriptam Illustrissi-
morum Marchionum Badensium et Hochbergensium,
in qua Marchiones Hochbergenses et comites in
Hohenberg et Haigerloch, atq; illa ipsa Anna

Augusta eo, quo Schemate meo tertio videre licet, 247.
modo deducuntur: Ita illos ipsos Principes Sebast.

Munsterus Cosmogr. sua lib. 3. derivat, cumq; omnino
manifestum sit, Comitatum Hohenbergicum a dicta
familia defluxisse non ausim negare Annam Bur-
chardi Marchionis Hohenbergensis filiam, Alberti
marchionis, et Alberti junioris comitis primi ab
Hohenberg Sororem potius quam Ludovici Froburgii;
aut cujuscunq; alterius filiam fuisse.

Idem author in Schemate 3. quo remittit Lectorem,
hoc ponit: Marchiones Hochbergenses, et Comites
Hohenbergici prope Rotwilam in nigra silva Bur-
chardus IV. Burchardi III. filius, Friderici nepos, et
Burchardi I. pronepos marchio Hochbergensis ob. an. 1275.
Filios habuit Albertum I. et Albertum II. vel juniorem,
quem fecit Comitem in Haigerloch, et Hohenberg
prope Rotwilam, et Annam filiam. Albertus I.
senior marchio Hochbergensis obiit ano 1276. filios
habuit Rudolphum, et alium ejus nominis, et Hen-
ricum. Rudolphus marchio Hochbergensis ob. an.
1342. Hic et Henricus frater vendiderunt Rudol-
pho I. Imp. quidquid pater juris habuit in comita-
tum Hohenbergensem:

Anna Rudolphi Uxor ducta anno 1240. aut 1243.
obiit Vienna VI. Calend. Martij anno 1281. se-
pulta Basilea.

Hac omnia ex manuscripta Genealogia ali-

248. quosdam a nobis citatos et damnatos excepit
Diepordius. Abavus Anna Imperatricis hic dicitur
fuisse Burchardus I. Marchio Hochbergensis Hen-
rici I. filius dicitur, at nullo testimonio probatur,
nullius diplomatis auctoritate, nec vel minimo
litterarum vestigio. Henrici filios Rudolphum
et Hermannum Scheda veteres loquuntur, Bur-
chardum tacent, totum Hochbergense Archivium
si excuseris, nullum prorsus in ea familia Bur-
chardum invenies. Auctor igitur Manuscripti
illius imperite nimis: ne dicam stolide: / duas
familias plane inter se diversas confudit et com-
miserit Hochbergensium, inquam, comitum, qui
suas sibi res seorsim habuerunt, et Hochbergensium
Marchionum: sed observa, quæso, rationem tempo-
rum, quam apte illos comutat adverte.

Burchardus, inquit, I. filius Henrici I. Batri an-
1192. defuncto in Marchionatum Hochbergicum
successit, rexit annis 15. obiit 1198. / quid ab-
surdius: / ex uxore Lotharinga / cuius quæso
Ducis filia: / filiam habuit nuptam Margardo
Habsburgio: / ubi hunc inter Habsburgios invenio:
et filios Fridericum Marchionem in Hochberg atq;
Burchardum Baronem in Hochberg, sic isto loco
appellat, paulo post mutabat nomen

Fridericus Marchio in Hohenberg Burchardi se-
nioris

249.
nioris filius rexit annis 25. ob. 1221. Ex Adel-
heide Rudolphi Zollerani filia reliquit filios Ru-
dolphum et Burchardum, filiam Hilgartam nu-
ptam cuidam comiti in Froenbury.

Rudolphus marchio in Hohenberg Friderici fil.
unicam habuit filiam nupta Comiti Tubingensi.

Burchardus III. Friderici fil. ob. 1236. ex uxore Anna
Egonis Com. Friburgensis filia, habuit filiam & nupta
Burggravo Murenberg. et filios Egonem ac Burchardum.

Burchardus IV. marchio in Hochberg, Burchardi III.
filius, ex Salatina Tubingensi genuit filiam An-
nam nuptam Rudolpho Habsburgio Regi Rom. item
filios Albertum seniore Marchione hochbergensem,
et Albertum juniorem, quem pater fecit Baronem in
Hohaburg, Haigerloch, ob. Burchardus an. 1275.

Albertus IV. marchio in Hochberg ob. 1325. Uxor
ei genuit Trinelgardem nuptam Eberhardo bellioso
comiti Wurtenbergico et tres filios, Rudolphum se-
niorem sive III. Marchionem Rudolphum juniorem
in Horb, qui caelebs obiit, et Henricum comitem
in Haigerloch, qui liberis caruit.

Rudolphus III. marchio in Hochberg, secundus dicere
debet, obiit 1342. Ex uxore Ursula, ultimi Mar-
chionis Burggraviensis Henrici filia habuit filium
Rudolphum IV.

Rudolphus IV. ex uxore Tringarde, Ulrici Wurtenbergici

250. filia rhabuit filiam nuptam Ludovico Comiti
Oettingensi, et filium Rudolphum V.

Burchardus II. quem pater fecit Baronem in hohenburg an. 1192. uxorem habuit Alberti comitis de Hohaburg filia, qua ei genuit Cunonem. ob. 1219.

Cuno, Baro in Hohaburg ob. 1240. filium reliquens Fridericum.

Fridericus Baro in Hohaburg, uxorem habuit filiam Rudolphi Dni in Hurnheim zum Hochhaus. ob. sine liberis 1261.

Albertus Junior, comes in Hohaburg et Haigerloch reliquit filium Albertum minorem sub tutela Rudolphi comitis in Horb, et Henrici comitis in Haigerloch, qui vendiderunt Comitatum Hohenburgicum Rudolpho Regi, et quia liberis carebat, suos comitatus huius patrueli suo Alberto Juniori sive V. reliquerunt.

Rudolphus V. filium reliquit Burchardus V.

Burchardus V. ex Agnete Com. de Vahingen filium Ottonem.

Otto ex Cunegunda Com. Wertheimensi Rudolphus VI.

Rudolphus VI. Marchio in Hochberg et Dominus in Röttel, ex Margaretha comit. in Thierstein filium Sigismundum.

Sigismundus ultimus sua familia Marchio in Hochberg et Dnus in Röttel, primam uxorem habuit Dominam de Rezzins, alteram Dominam de Mottke.

A. Merui. obiit absque liberis: et sic Marchionatus 251.
Hochbergicus cum dominio Röttelen devolutus est
ad Imperium, et illis investitus a Maximiliano Ca-
sare Christophorus Marchio Badensis.

Vides, Lector, quod hoc MS.^{us} ab erroribus incipit et
in errores definit, et aliqua duntaxat vera falsis plu-
ribus imiscet. Itaque hac authoritate non persuadco,
Annam Imperatricem fuisse ex Marchionum Badeno-
Hochbergenfium familia: illud facilius credo, quod
Comitem Hohenbergensem, quemcumque demum patris
habuerit. Ceterum Rudolphus ipse utriusque familia
meminit in Diplomate, quod Waldkirchensis Ecclesia
privilegia confirmat. Facta est, inquit, hac nostra
concessio presentibus Venerabili Tridentino Episcopo,
illustribus Alberto Saxonia et Philippo Carinthia
Ducibus, Marchione de Hochberg, Burcardo de Hohen-
berg, Eberhardo de Cazenelenbogen, et Henrico de
Friburg, Comitibus; Walthero de Klingen, de Rapold-
stein, Rudolpho de Steven, et Hesone de Wenberg,
Nobilibus. Datum apud Brisacum X. Calend. Sept.
Sept. anno Dni MCC LXXV. Regni
vero nostri anno secundo.